

1402 trovata nelle scavazioni di Resina a' 19. Marzo 1746 ANTICH. ERCOL. Non è un anno ancora fece dello strepito in questa metropoli l' essersi ritrovato un libro di bronzo di quattro sole carte . . . non si è potuto leggere ancora da' letterati, perchè il Re se lo conserva egli sub clavi ANONYMVS NEAPOLITANVS in commentariolo quem a. 1749 A. M. Quirinus cum Gesnero communicavit (apud Venturium scoperte d' Ercolano p. 106 ed. Londiniensis et Gorium symb. litt. dec. Rom. vol. I p. XVI aliosque). Extat Neapoli in museo.

*intus: tabella prior.*

IMP · VESPASIANVS CAESAR AVGVST  
 TRIBVNIC POTEST COS II  
 VETERANIS QVI · MILITAVERVNT · IN LEG · II  
 ADIVTRICE PIA · FIDELE · QVI · VICENA  
 5 STIPENDIA AVT · PLVRA · MERVERANT  
 ET SVNT DIMISSI · HONESTA MISSIONE  
 QVORVM · NOMINA SVBSCRIPTA · SVNT IP  
 SIS · LIBERIS · POSTERISQVE · EORVM · CIVI  
 TATEM · DEDIT ET CONVBIVM CVM VXORI  
 10 BVS · QVAS · TVNC · HABVISSENT CVM · EST  
 CIVITAS · IIS · DATA · AVT · SI QVI · CAELIBES  
 ESSEI · M · IIS · QVAS POSTEA DVXISSENT  
 DVM · TAXAT · SIN · GVLI · SINGVLAS

*tabella posterior.*

A D NON · MART  
 15 IMP VESPASIANO · CAESARE · AVG II  
 CAESARE AVG · F VESPASIANO COS a. 70 d. Mart. 7  
 T · I · PAG · V · LOC XXXXVI  
 NERVAE · LAIDI F · DESIDIATI

20 DESCRIPTVM · ET · RECOGNITVM · EX TABVLA  
 AENEA QVAE · FIXA · EST · ROMAE · IN CAPI  
 TOLIO · IN PODIO · ARAE · GENTIS IVLIAE

*extrinsecus: tabella prior.*

IMP · VESPASIANVS · CAESAR AVGVST  
 TRIBVNIC POTEST COS II  
 VETERANIS QVI · MILITAVERVNT IN LEG  
 II · ADIVTRICE · PIA · FIDELE · QVI · VICENA  
 STIPENDIA · AVT · PLVRA · MERVERANT · 5  
 ET · SVNT · DIMISSI · HONESTA · MISSIONE  
 QVORVM · NOMINA · SVBSCRIPTA · SVNT  
 IPSIS · LIBERIS · POSTERISQVE · EORVM  
 CIVITATEM · DEDIT · ET CONVBIVM VM  
 VXORIBVS · QVAS · TVNC · HABVISSENT 10  
 CVM · EST · CIVITAS · IIS · DATA · AVT · SI QVI  
 CAELIBES · ESSENT · CVM · IIS · QVAS · POSTEA  
 DVXISSENT · DVM · TAXAT · SINGVLI  
 SINGVLAS · A · D NON · MAR ·  
 IMP VESPASIANO CAESARE · AVG II 15  
 CAESARE · AVG F · VESPASIANO COS  
 T · I · PAG · V · LOC XXXXVI

NERVAE LAIDI · F · DESIDIATI  
 DESCRIPTVM · ET · RECOGNITVM · EX TABVLA  
 AENEA · QVAE · FIXA · EST · ROMAE · IN CAPI 20  
 TOLIO · IN · PODIO · ARAE GENTIS · IVLIAE  
 LATERE · DEXTRO  
 ANTE SIGNV · LIB · PATRIS

*tabella posterior.*

C · HELVI · LE PIDI · SALONI  
 TANI 25  
 Q · PETRONI MVS AEI · IADES  
 TINI  
 L · VALERI ACVTI · SALONIT  
 M · NASSI PHOEBI · SALONIT  
 L · PVBLICI GERMVLLI 30  
 Q · PVBLICI MACEDONIS  
 NEDITANI  
 Q · PVBLICI CRESCENTIS

22. 23 mihi visi sunt postea adiecti esse. — 24 in tabula extrema littera vocabuli LEPIDI sic pingitur T.

Imp. Vespasianus Caesar August(us). tribunic(ia) potest(ate), co(n)s(ul) II  
 veteranis, qui militaverunt in leg(ione) II adiutrice pia fidele, qui vicena stipendia aut plura me-  
 ruerant et sunt dimissi honesta missione,  
 quorum nomina subscripta sunt, ipsis liberis posterisque eorum civitatem dedit et conubium cum  
 uxoribus, quas tunc habuissent, cum est civitas iis data, aut, siqui caelibes essent, cum iis  
 quas postea duxissent dum taxat singuli singulas  
 a. d. non. Mart. imp. Vespasiano Caesare Aug(usto) II, Caesare Aug(usti) f(ilio) co(n)s(ulibus).  
 T(abula) I pag(ina) V loc(o) XXXXVI. Nervae Laidi f., Desidiati.

Descriptum et recognitum ex tabula aenea, quae fixa est Romae in Capitolio in podio arae gentis  
 Iuliae latere dextro ante signum Lib(eri) patris<sup>1)</sup>.

<sup>1)</sup> verba latere . . . patris intus deficiunt, extrinsecus postea adiecta sunt.

Recognovi. Acta cod. bibl. Neap. X. C. 79 sub die 29. Mart. 1746;  
 Antichità di Ercolano tom. 5 (Neapoli 1767) praef. p. XLIII—XLV  
 (cf. p. XXIX) aere expressam (inde Donat. 460); Marini n. 4 p. 452.

453 cum tabulis duabus ad p. 440; Vernazza n. 4; Haubold n. 4;  
 Cardinali n. 4 p. 63; Fiorelli cat. n. 1168; Renier dipl. milit. n. 21.  
 Ego edidi inter reliqua privilegia vol. 3 p. 849 n. VI.